

✠ In Nomine Domini Dei Salvatoris Nostri Ihesu Christi. Guaimarius et Iohannes divina largiente clementia langubardorum gentis princeps. Quoniam a deo nobis concessum est cunctus populus nobis subiectus. et ex ipsis secundum dei mandatum. magis curam. atque vigilantiam habere debeamus. set maxime ecclesiarum. et monasteriarum ubi die noctuque dei laudibus semper personant. et de quorum preces. sedule ad deo fundentes. nos et patria nostra salvos persistimus. Quapropter pro amore omnipotenti deo. eiusque genitricis virginis marie quam et pro salvatione gentis. et patrie nostre. nostreque remedium anime salutis. Concessimus vobis domini benedicti qui daferius vocatur sanctissimo abbati monasterii sancte marie ubi dicitur ad ilice oratori nostro integrum iamdictum monasterium quod vos a nobo construxistis fundamine in propria rebus vestra. Ideo ut dictum est integrum ipsum monasterium. cum ecclesiis et casis. et cellis. cum solo terre. et sedimen suum cum curtis. ortalis. servis. et ancillis. et omnis ipsa rebus que continet preceptum. quod iam antea vobis fecimus. nec non. et cuncta alia rebus. quod vos postmodum parastis. et quod in ipso monasterio quomodocumque pertinentes est aut fuerit. totum et inclitum illud vobis concessimus ea ratione ut omnibus diebus vite tue predictum monasterium cum ea que prelegitur. et ceteris omnibus suis. et vestris pertinentiis in tua sit potestate. ordinandum ibi abbatem. qualem tu volueris. et ille abbas quem tu ibidem ordinaveris. similiter ad suam illud habeat potestatem diebus vite sue illud tenendum et dominandum sicut et vos. post vero amborum hobitum semper

✠ Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo. Guaimario e Giovanni per concessione della divina bontà principi del popolo dei langobardi. Poiché da Dio è stato a noi concesso tutto il popolo a noi soggetto e degli stessi secondo il mandato divino maggiore cura e vigilanza dobbiamo avere ma massimamente delle chiese e dei monasteri dove giorno e notte sempre risuonano le lodi di Dio e per le cui preghiere con zelo rivolte a Dio, noi e la nostra patria salvi persistiamo. Pertanto per amore di Dio onnipotente e della vergine Maria sua genitrice ed anche per la salvezza della nostra gente e patria e per il riscatto e la salvezza della nostra anima, abbiamo concesso a voi domino Benedetto chiamato Daferio, santissimo abbate del monastero di santa Maria dove è detto **ad ilice**, nostro cappellano, l'intero anzidetto monastero che voi avete costruito da nuova fundamenta nei vostri propri beni. Pertanto, come è stato detto, lo stesso integro monastero con le chiese e le capanne e le celle, con il suolo della terre e il suo sedime, con le corti, gli orti, i servi e le serve e tutte le stesse cose che contiene il precetto che già prima abbiamo fatto a voi nonché tutte le altre cose che voi successivamente avete costruito e che allo stesso monastero in qualsiasi modo sono o fossero pertinenti, tutto e per intero quello a voi abbiamo concesso in quella condizione che per tutti i giorni della tua vita il predetto monastero con quelle cose che sopra si leggono e tutte le cose sue e a voi pertinenti, sia in tua potestà di ordinare ivi l'abate quale tu vorrai e quell'abate che tu ivi avrai ordinato similmente abbia in sua potestà per tutti i giorni della sua vita di tenerlo e dominarlo come anche voi. Dopo invero il trapasso di entrambi sempre sia potestà

sit in potestate congregationis que in ipso monasterio fuerit eligere et ordinare sibi abbatem quale voluerit secundum regulam. sancti benedicti. et pars nostre rei publice et nullam dationem exinde tollat. Si vero quacumque tempore pars predicti monasterii de rebus. contentio habuerit. non ponantur ei iudicium pars nostre rei publice ut quis per possessionem rebus de ipso monasterio auferat et si forsitan quacumque tempore pars predicti monasterii sacramentum de quacumque rebus dare debuerit concedit pietas nostra ut non iuret exinde. nec abbas nec monachus eiusdem monasterii set semper sacramentum quod pars predicti monasterii iurare debuerit eius scariones ipsum persolvat. Bestiis quoque. et animalis. simul et peculiis iamfati monasterii potestates habeant cum pastoribus illorum simul et porcos andare. et pavere per omnes silvas. et pascuas de cuncto principato nostro salernitano et comitato comsino qui nostro principatui subiectus est. et nullus mortalis homo ausus sit quacumque in ipsis facere molestationem. set neque erbaticum. neque glandaticum neque nulla ratione nullus exinde tollantur. et ubique per cuncto nostro principato. sive intus civitatibus vel castellis seu foras pars predicti monasterii quacumque rem comparaverit vel venumderit non sicut exinde tultum plateaticum nec ab ipsum qui emerit nec ab eo qui venumderit. quacumque enim homo aliqua compellatio. de quacumque rem adversus pars predicti monasterii preposuerit. et noluerit pars predicti monasterii exinde ad legem stare. nisi in isto sacro nostro palatio. ante nos vel ante principes posteros nostros. non imponantur hic virtutem nec eum inde molestentur. set veniant hic semper ante nostris vel de nostris posteris principibus presentis. et faciant ad legem hominibus

della congregazione che vi sarà nello stesso monastero di scegliere e ordinare da soli l'abate che vorrà secondo la regola di san Benedetto e la parte della nostra cosa pubblica non prenda dunque alcuna dazione. Se invero in qualsiasi tempo la parte del predetto monastero avesse contesa a riguardo dei beni, non sia imposto giudizio ad essa da parte della nostra cosa pubblica poiché chi sottraesse il possesso di beni del monastero, e se per evenienza in qualsiasi tempo la parte del predetto monastero dovesse dare giuramento per qualsivoglia cosa, la nostra devozione concede che pertanto non giuri né l'abate né monaco dello stesso monastero ma sempre il sacramento che la parte del predetto monastero dovesse giurare lo assolvano i suoi avvocati. Ed anche per le bestie e per gli animali e parimenti per le pecore ed anche per i maiali del suddetto monastero abbiano potestà con i loro pastori di andare e pascolare per tutti i boschi e pascoli di tutto il nostro principato **salernitano** e contea **comsino** che é soggetta al nostro principato. E nessun uomo mortale osi dare agli stessi alcuna molestia. Altresì né erbatico né glandatico né per alcun motivo nulla dunque sia preso. E dovunque, per tutto il nostro principato, sia dentro le città o i castelli sia fuori, la parte del predetto monastero qualsiasi bene comprasse o vendesse non sia pertanto preso plateatico né dallo stesso che comprasse né da quello che vendesse. Senza dubbio qualsiasi uomo proponesse qualsiasi attacco a riguardo di qualsiasi cosa contro la parte del predetto monastero e la parte del predetto monastero non volesse pertanto sottostare alla legge se non in questo nostro sacro palazzo davanti a noi o davanti ai principi nostri successori non gli sia imposto qui virtù né pertanto siano molestati ma vengano sempre qui davanti a noi e ai nostri successori principi presenti e

aut liberis qui ex rebus predicti monasterii residentes sunt aut fuerint. et rebus propria non habuerunt vel habuerint quando in ipsis rebus prefati monasterii introierunt. vel intraverint non deant aut faciant in partibus nostre rei publice nullum servitium. aut censum. et angaria. seu cuncta servitia. et angaria. et dationes. quod in publicum facere. et persolvere debuerint. in ipso monasterio illud deant. faciant et persolvant. et nullo in tempore pars nostre rei publice predictum monasterium vel de rebus eius pertinentes cuicumque in beneficium deat. neque episcopi nec laice personis. set semper liberum in suo permaneat vigore. quod si forsitan quicumque homo quacumque fecerit culpa. et in ipso monasterio se iactaverit. neque pars nostre rei publice. neque nullus penitus homo ipsum exinde per vim abstrat. Si enim quacumque gens qualibet rixa cum nostro principatu vel cum iamdicto nostro subiecto comitatu comsino habuerit. et pars predicti monasterii potuerit se cum gens ipsa pacificare potestates habeant. sic tamen ut semper ad nostram. et de nostris posteris principibus persistent fidelitatem. quam etiam placuit pietati nostre. et concessimus in eodem monasterio. ut quando abbas vel monachus inde in hanc urbem salernitana advenerit faciamus illorum dare alipergum et refectionem illorum. et ad animalis illorum ut sufficiat illis. Seu et concedimus in prefato monasterio omnes servos cum uxoribus suis libere femine que modo habunt. vel quod in antea sibi sociaverint. ut sicut legibus nostri sacri palatii sunt. vel fuerint pertinentes cum filiis et filiabus suis habeant pars ipsius monasterio. Hec omnia superscripta tibi qui supra benedicti qui dauferius vocatur sanctissimo abbati. et ad posteros tuos et in iamdicto

facciano secondo legge. Uomini o liberi che sono o saranno residenti nei beni del predetto monastero e non ebbero o avranno cose proprie, quando sono entrati o entreranno nei possedimenti del predetto monastero non diano o facciano per la nostra cosa pubblica alcun servizio o tributo e angaria ma i servizi e le angarie e le dazioni che dovessero dare e pagare al pubblico, lo diano, facciano e paghino allo stesso monastero. E in nessun tempo la parte della nostra cosa pubblica dia in beneficio il predetto monastero o beni pertinenti allo stesso a nessuno né al vescovo né a persone laiche ma sempre libero rimanga nella sua forza. Poiché se eventualmente qualsiasi uomo compisse qualsiasi crimine e si rifugiasse nel monastero, né la parte della nostra cosa pubblica né dunque affatto alcun uomo lo porti via con la forza. Se infatti qualsiasi gente avesse qualsiasi disputa con il nostro principato o con la predetta contea **comsino** a noi soggetta e la parte del predetto monastero potesse di per sé ristabilire la pace con la stessa gente, ne abbia la potestà, in tal modo tuttavia che sempre persistano nella fedeltà a noi e ai nostri successori principi. Inoltre anche piacque alla nostra devozione e concediamo allo stesso monastero che quando l'abate o un monaco venisse quindi in questa città **salernitana** facciamo dare loro alloggio e cibo ed anche ai loro animali quanto sufficiente per loro. Ed anche concediamo al predetto monastero tutti i servi con le loro mogli libere donne, che hanno ora o che d'ora innanzi associeranno a loro, affinché come con le leggi del nostro sacro palazzo sono o saranno appartenenti, la parte dello stesso monastero li abbia con i loro figli e figlie Tutte queste cose anzidette a te suddetto Benedetto, chiamato Dauferio, santissimo abate e ai tuoi posteris e al predetto monastero concediamo, in quella

monasterio concedimus ea ratione ut
amodo et deinceps per hoc nostrum
roborem preceptum omnia et in
omnibus que superius legitur pars
eiusdem monasterii et eius rectores
firmiter et habeant et possideant.
et inlesi exinde permaneat et a nullo ex
nostris iudicibus. Idest Comitibus.
castaldeis vel a quibuscumque agentibus
habeat exinde aliquando
Set omni tempore. ut prelegitur
firmissime habeat. et faciat exinde omnia
que illorum placuerit. Quod vero
preceptum concessionis
. scripsi ego acceptus diaconus
et scriba palatii. in sacro salernitano
palatio. de anno vicesimo octavo
principatus supradicti domini guaimarii .
. gloriosis
principibus.

DE MENSE FEBRUARIUS
. QUINTADECIMA INDICTIO

condizione che da ora e d'ora innanzi
mediante questo nostro forte precetto tutte
le cose e in tutto che sopra si legge la
parte dello stesso monastero e i suoi
rettori fermamente e abbiano e
possiedano e inviolata dunque permanga e
da nessuno dei nostri giudici ovvero conti,
castaldi o da qualunque ufficiale abbia
pertanto mai ma in ogni
tempo, come prima si legge, abbia
fermissimo e faccia pertanto tutte le cose
che a loro sarà gradito. Il quale precetto di
concessione invero
. scrissi io **acceptus**, diacono e
scrivano di palazzo nel sacro palazzo
salernitano, nell'anno ventesimo ottavo
del principato del sopraddetto domino
Guaimario
gloriosi principi.

Nel mese di febbraio
quindicesima indizione.